

- rani capita, quae in precibus recitari solent; *Chawāffī-gorān*, de vi singulorum capitum Corani, f. 62 v. — 72 v.; preces cum prolegomenis; magica; institutionem de litera *nūn*, ubi in fine vocum posita est, in lectione Corani recte efferenda, f. 110 v. — 112 v.; *Hiljēi-nebī*, f. 136 v. — 137 r.; decem Imamorum et summorum Sanctorum et Doctorum tabellae, f. 137 v. — 138 v., al.
- No. 337. Cod. turc. foll. 51, 8^o, char. neschi scriptus: *Abū's-Sa'ūdi Duā-nāmeh* minus, summo Veziro 'Alī-Pāscae oblatum. Cf. Cod. 143, No. 2. Animadvertendum tamen, ordinem septem capitum libelli ita inversum esse, ut post tria prima positum sit septimum, f. 33 v., deinde sextum, f. 40 v., tum quartum, f. 45 r., denique quintum, f. 48 r.
- 338. Cod. pers. foll. 253, 8^o obl., char. neschi: *Djāmi'i-'Abbāsī*, Compendium juris Muhammedani, jussu Schāhi 'Abbās El-'Hoseinī El-Mūsawī Ef-Ssafawī Behādur-Chān scriptum a Behā-ed-dīn Mu'hammed 'Amilī. Inter fol. 2 et 3 aliqua exciderunt. Codex, etiam in fine mutilus, tantum ad peregrinationem sacram pervenit.
- 339. Cod. turc. foll. 113, 8^o, char. neschi crassiori, qualem Turcae orientales pingunt, exaratus et illorum dialectum referens, in fine mutilus. Continet Institutionem de ratione et de praemiis precum, e traditionibus contextam. Inter fol. 84 et 85 quatuor folia resecta sunt. — F. 85 r. — 105 r. variae narrationes ad mythologiam sacram pertinentes. F. 105 v. — 112 v. de tribus rebus quae necessariae sunt Doctori ascetico (*Scheich*), et de tribus aliis quae ejus discipulo (*Murīd*).
- 340. Cod. turc. foll. 92, 8^o, eod. caract. eademque dialecto, quibus superior, scriptus, continens varia ad jus sacrum Muhammedanorum pertinentia, traditiones et narrationes, f. 1 v. — 69 v. — Hinc, f. 70 r. — 92 v. de precibus funebribus, de oblationibus sacris, de jejuniis, de precibus.
- 341. Cod. arabico-turc. foll. 63, 8^o maj., a pluribus char. neschi scriptus, qui in ultima parte ad nestha'liq vergit, vocall. passim adjectis: 1) f. 1 v. — 6 v. *Qafidēi-Uweisi-Efendi*, qua poëta in Constantinopolitanorum vitia invehitur, iis iram divinam denuntiat eosque ad vitam mutandam exhortatur. 2) f. 7 r. — 24 r. Varia praecepta pharmacopoeica et medica. 3) f. 24 v. — 31 v. *Qā'idēi-theschiri-qulūb*, de ratione hominem artibus magicis in sui amorem pertrahendi. Haec omnia turcica. Jam sequuntur arabica: 4) f. 32 v. — 39 v. Commentarius in librum *El-Mifbā'h*, in fine abruptus. 5) f. 40 v. — 43 r. Fragmentum *El-Mifbā'hi* ipsius, quod primum initium praefationis exhibet, deinde, multis inter f. 40 et 41 foliis deperditis, finem tertiae sectionis et quartam totam. Scr. A. H. 908. (Chr. 1502—3) in pago *Iskender-Kiöi* prope urbem *Edreneh* s. Adrianopolin, in valle *Sāzeli-dereh*. 6) f. 44 r. — 63 r. Institutio de analysi grammatica, ab initio mutila, densis notis marg. et interlin. implicata. Capita sunt quatuor: primum *fi'l-djumel*, secundum *fi'l-djarr we'l-medjrūr*, tertium *fi-thefsir-kelimūth ja'kihādji ilei-hā el-mo'rib*, quartum *fi'l-ischārāth*.
- No. 342. Cod. pers. foll. 124, 8^o maj., char. nestha'liq scriptus, continens *Gulisthān Sa'dianum*, primis tribus quatuorve foliis mutilum. Cf. Cod. 8.
- 343. Cod. pers. foll. 157, fol. min., char. nestha'liq et neschi in charta orient. scriptus: *Mu'hammed Ibn-El-Hasan Et-Tāsii*, qui nomine *Nafīr-ed-dīn Tāsii* notior est, *Achlāqi-Nāfirī* (sic f. 3 v. l. penult. Paulo aliter, *Chalāiqi-Nāfirī*, sententia eadem, est f. 2 v. l. 3 et 4), Institutiones tripartitae de Philosophia practica (*'hikmethi-āmeli*). In praefatione *Nafīr-ed-dīn* dicit, se hoc opus composuisse quum apud Assassinos (qui hic *Fithjān* appellantur) in Kuhisthanā commoraretur; itaque se illorum principibus ingressione libro tunc praefixa adulatum esse; quum tamen liber nulla fidei et religionis momenta attingeret, eum nihilo minus ab omnibus cupide lectum et plurima ejus exempla divulgata esse. Nunc autem, quum a rege sui temporis summo (*Pādi-*